



culas ignis non solum commouet, sed etiam aetherem, Pyrophoro adhaerentem, propriis suis particulis aethereis auget, particulae igneae motae aetherem mouent, et flamma erumpit. Effectus autem hic eo melius succedit, quo purior est aer.

§. XIII.

C o n c l u s i o.

Cum vero huic libello finem hoc modo imponere necessesse sit, ea, quae pro tenuitate nostrarum virium in re tam difficili proposuimus, colligamus, et ad quaestionem propositam respondeamus. Aether, qui in vniuerso stagnat, variam habet densitatem, et varie a variis mouetur causis, indeque illa diuersitas luminum generatur, quam quotidie animaduertimus. Detecta vero ratione diuersitatis luminum, nunc facile ad illam quaestionem, vtrum haec lumina materia sua differant, an differentia eorum tantum in diuersitate materiarum posita sit, quibus mouentur, respondere licet. Non differunt haec lumina ratione materiae suae, sed ratione materiarum, aetherem mouentium. Mihi vero in praesenti hoc vnum restat, vt a lectoribus, me multo doctioribus, humanissime petam, vt hunc libellum, qualiscunque studii mei documentum, aequo iudicio exornent, et cogitent, doctrinae physicae, quo pluribus laborat difficultatibus, eo minus hominem meae aetatis sine erroris periculo operam dare posse.

P. 18. lin. 22. leg. *annulus E* ex or.

P. 31. lin. 15. pro *motis* leg. *moti*

P. 32. lin. 12. leg. *phosphori simile*

Optica. 164, 12